132

Cassatio Inscriptionis Oppidi Kreuzburgk Paulo Schalichio facta

Quam nos quidem inscriptionem suprascriptam prædi, cti Oppidi Kreutzburgk, cum districtu et Nobilitate, quod id et pactis et immunitatibus libertatibus et privilegijs ipsorum tum ab Ordine collatis, tum ab Illustrissimo Domino Duce confirmatis, quæ illis indebito robore conservari jus et æquum postulat, contrarium sit, eidem Paulo Schalichio in perpetuum factam, et quidquid eidem alijs in locis inscriptum, datum, quocunq jure donatum reperiatur auctoritate prædicta etiam cassamus, annihilamus, rescindimus, omnemq vim et robur illi adimimus perpetuis temporibus confirmantes, prædictas possessiones rursus ad manus Illustrissimi Domini Ducis pleno jure redituras. In quorum omnium præmissorum fidē sigillis et subscriptionibus nostris præsentes communivimus Datū Regiomonti die Quinta Octobris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo sexto.

N. 155.